



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. 2. Qui poſit in hac irregularitate dispensare.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

In homici-  
dio voluntar-  
tio solus  
Papa dis-  
penſat.

Papa dispensare potest, non autem Episcopus. Pa-  
tet ex Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. vbi  
excipit homicidium voluntarium: & sess. 14. c. 7.  
statuit Concilium, vt talis homicida careat omni  
ordine, beneficio, & officio ecclesiastico. Vbi  
tamen

Aduerte Primò: Si iste habebat antea bene-  
ficium, non est priuatus ipso facto, sed priuans  
dus per Superiorum, causâ cognitâ: Couar. §. 3.  
num. 6.

Quid in co-  
ager Epif-  
copus 2

Aduerte Secundò: Probabile esse, Episcopum  
posse dispensare, vt homicida voluntarius, si cri-  
men occultum sit. Minoribus iam suscepit utatur;  
imò, si causa iusta subsit, vt etiam in sacris antea  
suscepit ministret: quia Concilium solùm vetat  
promoueri ad sacros Ordines. Ita tenent multi ex  
recentioribus, & Couarr. §. 3. num. 4. qui etiam  
num. 6. docet, ab Episcopo posse admitti ad be-  
neficium simplex: quod esti dubium sit, saltem  
Episcopus potest dispensare, vt beneficium antea  
obtentum retineat.

36 Quid ager  
casu  
homici-  
dio casua-  
li.

Dico Secundò: In irregularitate ex homicidio  
ad forum externum, potest Episcopus absolute dis-  
pensare ad omnes Ordines. Patet ex Tridentino,  
sess. 24. cap. 6. Tale homicidium est, quod com-  
mittitur in sui defensionem, sine debito moderam-  
nione: item si Clericus exercens chirurgiam, ali-  
quæ interficiat ex negligientia, vel imperitia; item  
si dominus mādet famulo, vt inimicus percutiat  
non lethaliter, & tamen famulus occidat. Huc et-  
iam referri potest homicidium ex subità irā com-  
missum, quia non confetur voluntarium, cum non  
sit factum per infidias, vel industrias; quod ta-  
men Concilium videtur requirere, vt dicatur vo-  
luntarium.

Dico Tertiò: Si homicidium casuale sit publicum, Episcopus nō potest dispensare, nisi ad Ordines Minores, & ad beneficium simplex. Ratio est: quia Iure antiquo hoc tantum poterat, & Cō-  
cilium circa hoc nihil innouauit. Vide Nauarr. num. 240.

### C A P V T V .

#### De Irregularitate ex delicto noto- rio, & infamia.

##### D V B I V M I .

Quinam ratione delicti sunt Irregulares?

37 Si crimen  
occultum,

R Espondeo & Dico Primò: Nemo fit irregu-  
laris ob aliquod delictum occultum, quantu-  
muis sit graue, nisi hoc delictum sit violatio  
censuræ, vel crimen homicidij, aut quædam vio-  
latio Sacramenti. Ita Nauarr. n. 248. & alii. Vnde  
hæreticus occultus non est irregularis.

Si crimen  
publicum.

Dico Secundò: Crimen publicum, cui annexa  
est infamia Iuris, inducit irregularitatem. Est  
communis. Vide Nauarr. num. 204. Pro quo

Infamia  
Iuris dupli-  
citer incur-  
ritur.

Notandum est, Infamiam Iuris incurri dupli-  
citer: Primò, Per sententiam Iudicis definituam,  
quæ quis de aliquo criminis condemnatur. Secun-  
dò, Per quædam crimina, quibus statuto Iuris  
annexa est infamia. Vide Siluest. Verbo, *Infamia*,  
num. 8. & 9. Huiusmodi sunt perjurium in iudi-

cio, simonia, sodomia, improbum scenus, id est,  
vbi vñræ vñrurum exiguntur, sacrilegium, duel-  
lum, crimen læsa maiestatis, hæresis, similiter  
esse fauorem, defensorem, receptatorem hæreti-  
corum. Hi omnes ita sunt irregulares, quando  
crime est publicum, vt per pœnitentiam non pur-  
gentur, sed opus habeant dispensatione.

Ob eandem causam irregulares sunt filij hære-  
ticorum, fautorum, defensorum & receptatorum.

38 An, & quā  
do, filius  
hæretici  
fir irrega-  
lati.

Patet Capit. Statutum, 2. de Hæreticis in 6. Et qui-  
dem, si pater erat hæreticus, filius erit irregularis  
& nepos: si autem mater tantum, solus filius erit  
irregularis, non nepos. Vbi

Aduerte Primò: Requiri vt filius natus sit,  
parente iam hæretico: si enim ante hæresim na-  
tus sit, non erit irregularis, quia non est filius for-  
maliter hæretici. Secundò requiritur, vt constet  
parentem deceſſisse in hæresi, vel certè adhuc hæ-  
reticum esse: si enim reconciliatus obiit, vel cum  
signis pœnitentiae, filius non erit irregularis.  
Addo: Non esse improbabile, filium non fieri ir-  
regularem, nisi parens sit condemnatus de hæ-  
resi, vel certè in iudicio coniunctus; id enim vi-  
detur insinuare Capitulum, Statutum, si rectè ex-  
pendatur.

Dico Tertiò: Alia crimina notoria, eti di-  
gna sint depositione, si tamen non habeant an-  
nexam infamiam Iuris, non inducunt veram ir-  
regularitatem, nisi post sententiam Iudicis. Ra-  
tio est, quia vera irregularitas non tollitur per  
pœnitentiam: hæc autem infamia per pœnitentia-  
& vita mutationem, vel etiam per purgationem  
canonicam tollitur. Vnde per adulterium,  
& crimina adulterio minoria, non incurrit vera  
irregularitas, quamvis notoria sint; sed suspensi-  
o quædam ob indecentiam, donec infamia sit ab-  
sterfa, iuxta Couarruiam 2. parte §. 1. num. 4.  
Quod est contra Nauarrum, qui cum multis alijs  
propter Capit. Quæsum est, de temporibus or-  
dinandorum, putat incurri irregularitatem. Ve-  
rū hoc Capitulum non cogit, quia facile expo-  
ni potest de suspensione, sicut exponit Couarrui-  
us: vel certe, quod solùm contineat pœnam in-  
ferendam: tantum enim ait, eos qui laborant infamia faci, impediti debere ab Ordinibus. Ra-  
tio est, quia hæc delicta solùm faciunt inhabilem  
ad Ordines, & eorum vñlum, ob infamiam faci:  
ergo hæc infamia absterfa, erit & inhabilitas ab-  
sterfa. Et fauet ipse Nauarrus num. 204. vbi di-  
cit, emendationem vitæ interdum tollere quan-  
dam irregularitatem: vbi irregularitatem non  
accipit propriè, sed pro quodam modo suspen-  
sionis.

##### D V B I V M II .

Quis posse in hac irregularitate  
dispensare.

R Espondeo & Dico Primò: In adulterio  
& huiusmodi criminibus, quibus per se non  
est annexa infamia Iuris, post peractam pœnitentia-  
m, & deteram infamiam faci, non est opus  
dispensatione. Ratio est, quia hæc non inferunt  
veram irregularitatem, nisi post sententiam Iu-  
dicis; sed solùm quandam suspensionem ob in-  
decentiam, quæ, sublatâ infamia, sponte perit.

Dico

40

Dico Secundò : Si quis de huiusmodi criminis  
fir condemnatus per sententiam, dispensare potest  
Episcopus in infamia Iuris contractâ per illam  
sententiam ; ut colligitur ex Capit. At si dericet de  
Iudicis.

Dico Tertiò : In irregularitate, quæ oritur ex  
crimine enormi, habente annexam per se infamia  
Iuris, non potest Episcopus dispensare. Talis est  
ea, quæ oritur ex Heresi, Apostasia, Sodomia, &  
similibus. Vide Couarr. lib. 3. Variarum. cap. 3.  
num. 3.

## CAPVT VI.

*De Irregularitate ex delicto  
circa Sacra menta.*

## DVBIVM I.

*Vtrum repetens Sacramentum, quod imprimit  
characterem, sit irregularis?*

**R**espondeo & Dico Primò : Qui sciens bis  
baptizat, aut eundem absolute bis bapti-  
zat, ex communis sententia censetur irregularis.  
Dicò, *Absolute*, quia qui sub conditione tacita vel  
expressâ rebaptizat, vel rebaptizatur, non fit ir-  
regularis: sicut nec is, qui sub conditione contra-  
hit cum consanguinea, est excommunicatus ex-  
communicatione latâ contra incestas nuptias. Ra-  
tio est, quia rebaptizare sub conditione, non est  
simpliciter rebaptizare, contra quod tantum pœ-  
na est statuta.

Adverte tamen, non esse improbabile, eum qui  
rebaptizat, non fieri irregularē; quia in Iure non  
est expressum nisi de eo qui rebaptizatur, & de  
Acolyto ministrante Sacerdoti rebaptizanti: ut  
dictum est de Baptismo q. 6. art. 9, dub. 1. Vide  
Capit. 2. *De Apostatis.*

**D**ico Secundò : Bis Confirmatus, vel bis eun-  
dem Confirms; bis Ordinatus eodem Ordine,  
vel Ordinans; & bis consecratus eandem hostiam,  
non sunt irregulares, quidquid dicat Nauarrus, &  
quidam alij. Ratio est, quia nō est Iure expressum.  
Doctores autem non possunt inducere irregulari-  
tates, argumētando à simili, vel pari, vel à maiori.

## DVBIVM II.

*Quinam ex indebitâ receptione, vel usu  
Ordinum fiant irregulares?*

**D**ico Primò : Clericus vtens Ordine, quem  
non habet, nō fit irregularis, nisi utitur Ordine  
sacro in Baptismo solenni, id est, adhibitis  
ceremonijs baptismi; vel in officio diuino, scil.  
celebrando Sacrum; cum non sit Sacerdos canendo  
Epistolam tanquam Subdiaconus cum manipulo;  
Euangelium tanquam Diaconus cū stola: itē bene-  
dicens aquam, templum, calicem &c. cum Ordine  
illo caret. Patet ex Cap. 1. de Clerico non ordinato  
ministrante. Non tamen fit irregularis, si absoluat  
à peccatis, tametsi Sacerdos non sit. Ratio est,  
quia absolvere à peccatis, non est exercere officiū  
Diuinum. Vide Silvestrum, Verbo Confessor 1. in  
principio, & Franciscum Victoria q. 143.

**D**ico Secundò : Laicus non fit irregularis, et-  
iam si baptizet soleimator, vel simulst se vt Or-  
dine sacro in officio Diuino. Est cōtra Nauarrum

Si Clericus  
vtatur or-  
dine, quem  
non habet.

Si absoluat  
cū non sit  
Sacerdos,

Si id faciat  
Laicus,

& multos alios. Pater, quia Ius non loquitur, nō  
de clericis, vt appareat ex titulo, qui sic habet : *de  
Clerico non ordinato ministrante.* Canones enim, qui  
titulus subjiciuntur, intelligendi sunt prout postula-  
tus titulus.

Dico Tertiò : Exercens actum Ordinis sacri  
quem habet, si ligatus sit censurâ excommunicata-  
tionis, suspensionis ab Ordine sacro, vel interdi-  
cti, efficitur irregularis. Est communis sententia.  
Excusat tamen Primò, ignorantia sui vinculi, si  
non sit crassa. Secundò, excusat necessitas: vt si  
Parochus celebet ad vitanda Infamiam vel scan-  
dalum, quamuis sit excommunicatus; vel si mi-  
nistrat subdito petenti Sacra menta, si aliud non  
habeat, quem substituat. Ratio est, quia his mo-  
dis nihil temere præsumit, imò nec peccat. Par-  
modo non contrahit irregularitatem, si baptizet,  
Epistolam vel Euangeliū canat sine solemnitate;  
id est, sine manipulo & stola; quia non cen-  
setur exercere actum Ordinis sacri.

Dico Quartò : Qui ligatus censurâ excommuni-  
cationis recipit Ordinem, præsertim sacram, 45  
fit irregularis. Est communis, ex Capitulo Cam-  
illorum, de Sententia excommunicationis. Vtrum  
vero, si Minores recipiat, fiat irregularis, est du-  
biū. Plerique putant esse irregularē; quia Ca-  
non generaliter loquitur de Ordine ecclesiastico.  
Sed contrarium non est improbabile: quia cū  
Canones de Ordinibus ecclesiasticis loquuntur,  
sapè tantummodi sacros intelligunt; vt videre  
est in Concilio Tridentino less. 14. cap. 7. *De re-  
formatione.*

Dico Quintò : Qui in suspensione recipit Or-  
dinem sacram, non videtur fieri irregularis: quia 46  
Iure non est expressum. Est contra Nauarrum.  
Ratio esse potest, quia suspensio est directe ab 47  
exercitio Ordinis suscepit, & solum ex decentiā  
impedit susceptionem noui. Idem probabile est,  
si quis in interdicto constitutus orinetur: quia  
Iure non inuenitur expressum.

## DVBIVM III.

*Vtrum ex indebitâ Ordinatione fiat  
quis irregularis?*

**D**ico Primò : Ordinatus ab Episcopo ex-  
communicato, suspenso, vel interdicto de-  
nuntiato, vel ab eo qui est notorius Clerici per-  
cussor, vel ab eo qui absoluto renuntiavit digni-  
tati Episcopali, est irregularis. Ita Nauarrus  
num. 241. & alij. Excusat tamen, qui vi vel me-  
tu graui sic ordinatur; quia tunc cessant leges Ec-  
clesiae poenales. Item, excusat, qui ignorat E-  
piscopi impedimentum; modo ea ignorantia non  
fit crassa. Nam irregularitas posita in poenam, nō  
incurritur, nisi ob culpam mortiferam.

**D**ico Secundò : Ordinatus ab alieno Episco-  
po sine licentiâ proprij, non est irregularis; sed 48  
ipso facto suspensus, quādū proprio Episcopo  
videbitur. Ita Concilium Tridentinum less. 23.  
cap. 8. Ante Cōcilium solum erat suspendendus.  
Nam Bulla Pij II. per quam ipso facto suspende-  
batur, paſsim omnibus erat ignota. Vide Nauar-  
rum cap. 25, num. 70. & Couarr. 2. parte §. 1.  
num. 4.

**D**ico Tertiò : Ordinatus ante legitimam æta-  
tem, aut extra tempora à Iure statuta, non est ir-  
regularis,

Si ligatus  
censurâ  
exercitat  
actum Or-  
dinis sacri.

Si in exco-  
municatio-  
ne recipias  
Ordines.

Si ordina-  
tus ab epis-  
copo ligato  
censurâ.

Si ordina-  
tus ab  
aleno.

49